

Julius **Heinakuus** / quod scœnum in eo colligatur. Item,

meddakuus mensis canicularis.

Augustus **Leicfamiſſe kuus** / quod incidat mensis. September **Bannareppe kuus** / ab Erica, quæ in mense illo floret. cùm enim reliquæ herbæ defloruerunt, illa emittit flores.

October **Suggise kuus** mensis autumnalis, quod autumnus incidat.

November. hi duo an peculiaria nomina habeant, nondum licuit cognoscere.

December.

V. De Diebus

1. profestis.

Lunæ,	Prima	Œsmas	
Martis,	Secunda	tõine	
Mercurij,	Tertia	Kolmas	pehw.
Jovis,	Quarta	neljas	
Veneris,	Quinta	wihhes	
Saturni,	Sexta	Kuhhes	
Solis,	Septima	Œizimes	

Nota.:

Dies Mercurij dicitur aliàs **Œſſneddal** / quia in mediâ est hebdomade, quem dies Lunæ & Martis præcedunt, Jovis & Veneris sequuntur. Nam dies Saturni & Solis sunt sacri & festi dies. Dies Veneris dicitur **Rehde**.

Dies

Dies Saturni **Lauw pehw**.

unde nomina hæc sortiti sint, non potui expiscari, nisi fortè **Rehde** à corrupto Germanico **Rijtag** / **Lauw pehw** à **lebbama ruhen**.

2. FESTIS.

Festa Oesthones sæpe à sensilibus nominarunt. Nativitas Domini dicitur **Joulo pøha** / quod convenit cum Latino, júbilo, Germanico **Jubelfest** / Suedico **Juhl**.

Octava Nativitatis vocatur **uhs Abſt** / item, **Uijahri pehw** novus annus. à nonnullis **Rehna pehw** vertens dies, quod eo die Sol quasi se vertat.

Festum trium Regum **Kolm Kunningsa pehw**. aliud nomen non habet.

Festum Purificationis **Kũnla pehw** / id est, candelarum dies, quod in Papatu hoc die candelas sacrificent, ut circumferant & moribundis tradant.

Matthiæ Apostoli diem vocant;

Maddi pehw / appellatione quasi à verme deductâ (maddo enim vermem significat.) Dicunt namq; Oesthones, circa illud tempus omnes vermes quasi moveri in visceribus terræ & reviviscere. Ob hanc etiam rationem rustici ventum hoc die observant, quo flante nec hordeum, nec filiginem seminant: quia quartam frumenti partem à vermibus absorbi putant.

§

Annun-